



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

ix. & x. De coniugio seruorum, & natis ex libero ventre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

ut per decénium, maxumo etiam scandalō moratus cum secunda siet, totidēmque fortè liberos procreasit: ab ea separator. vterque pœniteto. vterque perpetuò contineto. vterque tamen liberis suis pro modo facultatum necessaria subministrato.

De Coniugio Leprosorum. Tit.8.

Leprus si continere non volt, & aliquam ² *Quoniam* nanctus est quæ sibi nubere parata siet: cōtrahito. Quod si cœpto iam matrimonio coniugum alteri lepra continget, & is debitum exigit: sanus olli debitum redditio. Lepra, aliáve grauis infirmitas coniuges ne separato. Sola fornicationis causa hoc facito.

Itaque si coniugum alter lepram incurret: vir ¹ *Perue-* vxorem, vxor virum sequitor. inuicem adfectu ^{nit.} coniugali ministranto. Sin ad hoc induci haud possint: utrique perpetuò continentio. Ni faxint: excommunicantur.

Lepra verò post sponsalia de futuro aduenient ³ *Literas.* te alter matrimonium consummare ne cogitor.

De Coniugio Seruorum, &
natis ex Libero ventre.

Tit.9. & 10.

IN T E R seruos matrimonia ne prohibentur. ¹ *Dignū* si contradicentibus heris contracta sient: eius ^{est.} ergo ne dissoluuntur. Serui tamen ollis debita seruitia non minùs exhibento.

Liber autem si cum ancilla contraxit ignorans, ⁴ *Ad nostram.*

X iii

De cogn. spirit. & leg.

& ex quo resciit in eam nec verbo consensit,
nec facto : matrimonium separator. Is cum aliis
contrahere finitor.

2. Propo- Si enim vir vxorem , postquam ancillam eius
suit. resciit , carnaliter cognouit: ei adhæreto . Alio-
quin diuortii sententia profertur . pecuniam
quam pro dote mulier adulterit iudex refi-
tui facito.

3. Licet. Si tamen mulier diuortium petet eo quod in
quocum contraxit mancipium etiam ecclesia
proponatur , ipse autem patrem suum temporis
mortis pro libero habitum , nec se a multis annis
suo patris ve nomine status controversia passum
adseret (maxime si eius regionis mos erit ut pa-
tus patrem sequatur) ratione temporis , & fauori
libertatis pro viro iudicator.

4. Vni. de Quod si ex libero ventre , id est seu ingenio ,
pa. ex lib. seu liberta natu siet: indubie liber esto , nec va-
ren. ab ecclesia , cuius est libertates queri , ni aliud pre-
bassit , in seruitutem reuocator.

De Cognitione spirituali, & Legali.

Tit. II. & 12.

6. Veniens INTER patrem baptisati & leuantem mulie-
rem cognitionis spiritualis ad impediendum &
dissoluendum matrimonium valida oratio.

2. Si vir. Si tamen vir mulierve ignorans , aut dolo ma-
lo filium suum e sacro fonte leuassit: compa-
nitas istud matrimonium ne dissoluto.

4. Marti Inter eundem patrem baptisati & vxorem le-
uantis cognitionem compaternitas ad dirimendum